Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25943
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ne simul tradas me cum
peccatoribus: et cum operan
tibus iniquitatem ne perdas me.
Qui loquuntur pacem
cum proximo suo: mala
autem in cordibus eorum.
Da illis secundum opera ipsorum
et secundum nequitiam
adinuentionum ipsorum.
Secundum opera manuum
eorum tribue illis: redde
retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera
opera domini et in opera manuum eius
destrues illos et non
edificabis eos.
Benedictus dominus: quoniam
exaudiuit uocem
deprecationis mee.
Dominus adiutor meus et protector meus: in ipso speraui
cor meum et adiutus sum.
Et refloruit caro mea
et de uoluntate mea
confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis
sue: et protector
salutarium
christi sui est.
Saluum fac populum tuum
et benedic hereditati
tue: et rege eos et ex
olle eos usque in sempiternum.
Psalmus
David
In consummatione
tabernaculi.

Ne simul tradas me peccatoribus
iniquitatem ne perdas me.
Cum hiis qui locuntur pacem
cum proximo suo: mala
autem sunt in cordibus eorum.
Secundum opera eorum
et secundum nequitiam
studiorum ipsorum.
Retribue illis: redde
retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera
domini: et in opera manuum eius
destruet illos nec
edificabunt eos.
Benedictus dominus: quoniam
exaudiuit uocem
deprecationis mee.
Dominus adiutor meus: et protector meus
in ipso speraui
cor meum et adiutus sum.
Et refloruit caro mea
et de uoluntate mea
confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis
sue: et protector
salutarium
christi sui est.
Saluum fac populum tuum
et benedic hereditati
tue: et rege eos et ex
olle eos usque in sempiternum.
Psalmus David in con
summatione taber
naculi. Vox flentis
ecclesie in passione
et gaudentis in re
surrectione.

Ne tradas me cum
impiis et cum operantibus
iniquitatem.
qui locuntur pacem
cum amicis suis: et malum
in corde eorum.
Da eis secundum opus suum
et secundum malum
adinuentionum suarum
secundum opera manuum suarum
da eis: redde
retributionem suam illis.
Quoniam non intelligunt opera
domini: et opera manuum eius
destruet eos et non
edificabit.
Benedictus dominus: quoniam
audiuit uocem
deprecationis mee.
Dominus fortitudo mea et scutum meum: in ipso speraui
cor meum et habui adiutorium
Gauisum est cor meum
et in cantico meo
confitebor illi.
Dominus fortitudo mea
et robur
salutarium
christi sui est.
Saluum fac populum tuum
et benedic hereditati
tue: et pasce eos et sub
leua eos usque in sempiternum.
Canticum
David.

Misericordias mea meum
amaritudinum. Se meta et gaudio
adiciam misericordias apostolis me.
Tonitruum tuum
meta compunsionum. Quoniam
de cuius cordibus amorum.
Domine quis habitabit in tabernaculo tuo
habitabit in monte sancto tuo
Ingredietur sine macula et operatur iustitiam
Qui loquitur veritatem in cordibus suis
qui non egit dolum in lingua sua
Nec fecit proximo suo malum
et opprobrium non accepit aduersus proximos suos
Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus
Timentes autem dominum glorificat
Qui iurat proximo suo et non decipit
Pecunias suas non dedit ad usuram
Et munera super innocentem non accepit
Qui hec facit non mouebitur in eternum
Psalmus
David
In consummatione
tabernaculi.